1565. die 5. Februarij. Ex MS. Bibl: Zalus: N° 244.

127

Maximilianus II. electus Roma: norum Imperator &et Marti: no Cromero.

Expedivimus ad Srmum Principem dnum Sigismundum Augustum Regem Poloniæ, magnum Ducem Lithuaniæ ac Rußiæ Prußiæ Masoviæ Samogitiæ &et dnum et hæredem, fratrem sororium, et consan: guineum nostrum charißimum, consilia: rios et oratores nros, Rndum devotum An: dream Quingecclesiensem Epum, et Mgcum Guilielmum Kurtzbach liberum baronem in Trachenberg et Militsh, Præsidem Came: ræ nostræ superioris et inferioris Sile: siæ, fideles nobis dilectos, cum Ste ejus de rebus quibusdam magni momenti tractaturos, injunximusq eisdem, ut etiam vobiscum de ijs rebus conferant, quemadmodum ex ipsis coram intelli: getis. Quapropter a vobis clementer po: stulamus, ut iam nominatis Oratori: bus nostris indubitatam fidem habea: tis, ac in negocijs illis id pro virili vestra parte præstetis et promoveatis, quod et rerum honestas exigit, et vra nobis pietas integritasq plane pollicetur. Id quod erga vos omni gratia et beni: gnitate recognoscemus. Datum in Civita: te nostra Vienna 5. die Februarij. Anno Domini 1565. Regnorum Nostrorum Romani tertio, Hungarici secundo, Bohemiæ vero decimo sexto.

Maximilianus.

n 136 +1 Posłom naszym do Zyg. Aug. Andrzeiowi Xięż. Pięciokośc. i Wilh. Kurtzbach, zlecilismy z tobą się znosić. Nowakowski